

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31243
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

pdat eam, Et statim rex iussit eum uocari, Euntes aut pue-
ri inuenerunt eu sedente iuxta aplm. & audientem uerbum
dei & mygdoniam ad pedes eorum, Dicunt ei pueri, Ecce rex in ca-
put tuu iratus est & tu uerbis in ani uacas, Veni quia uocat te
At ille surgens rogauit aplm ut oratione funderet pro eo. Cui ille
ait, Noli timere s; spera in dnm quia ipse erit adiutor noster.
& n timebim noceri ab ullo mortali, Et ingressus e saphor ad
regem, Cui rex ait, Quis e magus ille que accersisti in domu
tuam. qui contbat regione & populu nostrum. Saphor respon-
dit, Nosti enim optime rex afflictionem meam quam de uxo-
re & unica filia habui que a demonio uexabant & ab eo sanate
sunt S; & multi infirmi nunc p manus ei sanant & omia que-
cumq; petierit ad o suo prestat ei. Tunc mesdeus rex iussit ad-
duci ad se scm aplm, S; pueri cum n possent ad eum accedere
preturba nuntiauerunt regi. Charisius uero ueniens cu furore
ait Surge malefice & ueni in presentia regis. Nichil enim ua-
let magica ars tua, Et misso fune in collum ei trahebat eu
ad regem dicens; Veniat xpc & eruat te de manib; meis. Videns
aut eum rex ait, Quod e genus tuu uel que patria ul in cui
nomine hec signa facis. Scs uero thomas respondit. Ds meus
ds tuus est creator celi & terre & omniu que in eis sunt qui
solus coli debet n idola surda & muta. His auditis rex iratus
e ualde & iussit eu extensum torqueri & cesum recludi in
carcerem, Cumq; recluderet gras agebat deo quod dignus
esset talia pei nomine pati.

Charisius aut reuersus ad domu suam dicebat. Nunc copulabit
michi uxor mea eo qd abstulerim magu de medio ppli huius.
Et ueniens inuenit eam detonso capite decumbere solo & ait,
Dulcissima coniux que mente insania cepit ut hec faceres,
Numquit potentior erit m hic magus. Me aut omis india
uenerat & qd uolo hoc facio cu rege s; & pecunia magna e m
Cui illa ait Omia hec terrena sunt & in terram reuertent, Nam
beatus erit qui se uite ppetue copulauerit. Hec audiens chari-
sius quieuit in lecto suo; Mygdonia aut accipiens aurum dedit